

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate reliectis.

G. f. 171.

OBDVCTA PARNASSO ILGERICO
NVBILA,

CVM

VIR

*NOBILISSIMVS, AMPLISSIMVS ATQVE
ERVDIZISSIMVS*

**M. GEORGIVS NICOLAVS
KRIEGKIVS,**

COLLEGII ILFELDENSI RECTOR

OPTIME PROMERITVS,

LINGVA PER VIII. FERE ANNOS CAPTVS,

NVNC DEMVM

BEATE REBV^S DEFVNGERETVR,

IN IPSOFVNERE

A.B.

ALVMNIS MOESTISSIMIS

PIO LESSV

INTERPRETE DEPLORATA;

T. D. R.

IMPRIMEBATVR NORTHSAE, TYPIS COELERIANIS.

ANNO CIO ID CCXXX.

AK



†

E Heu ! laurigerum Parnassum denique nubes
nostrum contexit pallida , terra , nigra,
Implevit rector squalore supremus olympi
Phoebeas nostras , ilgericasque domus,
Namque procul pendens multos hucusque per annos ,
consedit nubes , tota dolore grauis :
Terruit haec nostras propera caligine mentes ;
iam saeuo planctu pectora nostra quatit.
Stant tristes omnes deflentes tristia fata;
quaevis Aonii montis alnumna gemir.
Musis iam cunctis vultus decor atque venustas
omnis abest , luctus quod malus vrget eas.
Palpitat intus cor moeroris mole grauatum ,
oraque , singultu concutiente , sonant.
Ast quae causa subest acri , diroque dolori ?
quid tempestatis fons et origo fuit ?
En ! Ilelda , tuum decus , en ! tuus alter Apollo
infandum ! caussam praebuit ipse mali.
Huic enim veteres sedes mutasse , suamque
Maeonidum turbam deseruisse placet.
Phoebus , noster amor , Parnassia nostra relinquens
cliuia , poli nitidi suavia testa petit.
KRIEGKIVS est Phoebus , cuius lugemus acerbum
discessum , cuius triste dolemus iter.

KRIEGKI-

KRIEGKIVS occubuit: qui quondam rexit alumnas
nostris Parnassi, perdocuitque rudes.
Optimus hicce suis semper consultor et auctor,
dux fuit et rector sedulus atque vigil.
Hinc illae lacrimae nostrae, gemitusque frementes:
hinc noiter questus, fletus, et ille dolor.
Nec nos immerito mortem moeremus, amati
KRIEGKI virtutes promeruere satis,
Flebilis ille vir est, sane dignissimus ille,
interitum cuius vox queribunda gemat.
Verum quid lacrimae prosunt? sistamus amaros
fletus; non perii KRIEGKIVS ille, viger.
Vivere nunc coepit, fruatur dulcedine grata,
quam laeti praebent regna beata poli.
Quare gaudemus meliori forte libentes
iam pariter TECUM, VIR REDIVIVE, TVA.
In terris etenim moeror circumdabat ingens
Et grauis anxietas membra caduca TVA.
In caelis nitidis exultas atque triumphas
laetitiis blandis, nil nisi laeta vides.
In terris miseris vocem viresque loquendi
pro dolor! abfulerant aspera fata TIBI.
In caelis laetis TVA promptius edere verba
et celebrare Deum suada diserra potest.
In terris vltus deearat manuumque, pedumque,
artus quod mordens icera illa lues.
In caelis possunt iam plaudere dextra, sinistra,
ambo valentque pedes exsiluisse simul.
Obene felicem fortem, vitamque beatam!
o fortunatam, laetificamque vicem!
Non opus est igitur fletu, deponimus omnem
luctum, tergemus lumina nostra, genas.
Contra nos hilari testamur gaudia vultu,
adscimurque TVA prosperitate noua.
Abst, vi inuidia turgentia, nostra tumescant
pectora, laetitia plena recente TVA.
TVTE relinquis enim nobis alacres, docilesque
doctores, pariles, consimilesque TVI.
Hinc, licet inuiti, TE mittimus, OPTIME KRIEGKI,
verum nostra TVI mens erit usque memor.
Fundimus has ergo sancto TIBI pectore voces;
plausu miscentes haec pia dicta TVO:
Delectare TVO Parnasso, CANDIDE KRIEGKI,
caelesti: gaudie gaudia magna satis,

Nunc

Nunc mentem laßam recrea , comple sientem
delicis gratis , quas dat Ioua TIBI.
Tu vero corpus , morbis et morte peremptum,
sub placida terra sat requiesce diu.
In TVA securus nunc otia tuta recede,
olim caelestis dum sonet illa tuba.
Interea nos (*) haec tuuat inscripsisse sepulcro,
vt KRIEGKI semper mens meminisse queat;
„Quid tegat hic tumulus , si vis nouisse viator,
exuvias KRIEGKI continet ille boni.
„Consecras senio , fractas morbisque , malisque,
summaque vix quarum strinxerat ossa cutis.
„Sed tamen ingenium , sed mens divinior huius
heu ! male formati corporis hospes erat.
Non querimur raptum , quidquid mors inuidia demisit,
„ingenio nobis reddidit ille suo
VOS autem questus deponite , pignora KRIEGKI
defuncti : lacrimis ponite , quaeso , modum.
Non VOBIS plane rapuit , subduxit Ioua
haec aliquantis per membra colenda patris.
Illa breui rursus reddet post tempore VOBIS
in rutilis caelis : parcite multa queri.
Ioua dabit moestae VESTRAE solatia menti ;
subueniet VOBIS , suppetiasque feret.
Tradite VOSipſi , concretide singula VESTRO
huic patri , rebus consulit ille bene.
Corda mero dulci recreabit tristia VESTRA ,
perficiens , vt post nubila Phoebus ouet.
Denique sit felix semper Parnassia rupes
nostra , dolore carens , luctibus atque malis.
Depellatur hiems omnis , laetemur amoenis
diuitiis caeli , nectare , melle , mero.

(*) Idem , quod Carolo Clusio posuit monumentum Rut-
gerius , cuius vide poëmata , Nicolai Heinri poëmatū-
bus adnexa , Lugd , Batav , cīc 150 LII , pag , ccxxxvi ,

**

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kann nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

1017

Rufo

OBDVCTA PARNASSO ILGERICO
NVBILA,

CVM

VIR

*NOBILISSIMVS, AMPLISSIMVS ATQVE
ERVD IZISSIMVS*

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

NICOLAVS
EGKIVS,

FELDENSIUS RECTOR

E PROMERITVS,

II. FERE ANNOS CAPTVS,

INC DEMVM

VS DEFVNGERETVR,

PSOFFVNERE

A B

IS MOESTISSIMIS

PIO LESSV

RETE DEPLORATA,

T. D. R.

RTHVSAE, TYPIS COELERIANIS.

NO CIO CCXXX,

Farbkarte #13

AK